Vide TAB. I. Fig. *A. B. C.*

FIGURARUM, ſub lente Muſſchenbrœckiana a me delineatarum, explicatio.

Fig. A. *Flos antice viſus, ut filamentum adpareat.*
a. Filamentum.
b. b. Antheræ, antice viſæ.

Fig. B. *Flos a tergo pictus, ut piſtillum conſpiciatur.*
c. c. Antheræ, poſtice viſæ, ut ſulci in conſpectum prodeant.
d. d. Germen.
e. Stylus cum ſtigmate.

Fig. C. *Semen.*
f. Semen fere maturum.
g. Stylus marceſcens, ſupra ſemen reflexus.

XII. *Obſervatio* Anthelii Vitembergæ *ſpectati; per* J. Fried. Weidlerum *Matheſ. Prof. ibidem Primar. &* R. S. Lond. *Soc. communicata, in Epiſtola ad* C. Mortimerum, R. S. *Secr.*

DIE $\frac{18}{7}$ *Januarii* A. 1738. quidam ex auditoribus meis, cum ante meridiem in campo prope *Vitembergam* agros dimetiretur, forte fortuna Anthelium, ſive Solis imaginem e regione Solis veri verſus ſeptentrionem poſitam conſpexit. Nimirum mane hora 8 cœlum undique ſerenum, mox circa horam 9, e ſeptentrionali plaga, nubes exoriuntur, ibique ſenſim

The Royal Society is collaborating with JSTOR to digitize, preserve, and extend access to *Philosophical Transactions (1683-1775).* www.jstor.org

ſenſim & paullatim condenſantur, temporis progreſſu hæ in meridiem ulterius ſeſe explicabant. Hora 9. min. 30. cum nubes obſcuræ fere verticem attigiſſent, apparuit in illis Sol Soli oppoſitus, pari magnitudine, rotundus, admodum ſplendidus, ut oculi ejus lucem ferre non poſſent, corona ſive halone ovali cinctus. Diameter coronæ major, Solis circiter diametros quinque, minor tres capiebat: Ipſa corona rubro flavoque coloribus exornata, parte rubra in Anthelium verſa: Tractus nubium, reliquus intra coronam flaveſcebat, hinc inde etiam rubebat. In Anthelio decuſſatim ſeſe ſecabant duæ iridis portiones, ſub angulo 60 fere graduum, utrimque in ortum & occaſum flexæ, & ad coronæ ovalis peripheriam continuatæ: Quales A. 1661. D. 6. Sept. *Hevelius* quoque cum Anthelio vidit, quemadmodum in tractatum de Mercurio ſub Sole p. 176. narrat. Durabat ſpectaculum per horæ quadrantem; cum enim nubes in meridiem longius extenderentur, & Solem verum occultarent, Anthelius evanuit. Ningit poſtea parum hora undecima: Mane lenis ventus ex media inter meridiem & occaſum plaga ſpirabat. En figuram ab ipſo ſpectatore mihi exhibitam, in TAB. II. Fig. 1.


Merid.
Sept

Fig. 1.


0 Via
1
2
3 Centri
4
5
6
7
8
IX
Finis
13
8
7
6
1
M. Final
3
2
1
a
Situs inversus.
Scala Minutorum Gradus.
10
5
0
10
20

Fig. 2.





Fig. 4.



Fig. 3.

Fig. 5.



TAB. II.

Mynde Sculp.



Fig. 1.



Fig. 4.

Fig. 5.





Fig. 2.



Fig. 3.

Scala Minutorum Gradus.